CLEMENS
EPISCOPUS
S. R. E. CARD.
SS.MI D.NI N.RI PAPAE
ROMANAE CURIAE EIUSQUE

MISERATIONE DIVINA
VELITERNUS
MICARA
VICARIUS GENERALIS
DISTRICTUS IUDEX ORDINARIUS ETC.

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis fidem facimus ac testamur, quod Nos ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas *ex Carne S. Pii X Pp. C.*

quas ex authenticis locis extractas reverenter collocavimus in *theca arg. rot. formae* crystallo munita, bene clausa et funiculo serico coloris rubri colligata, ac sigillo nostro signata, easque tradidimus cum facultate apud se retinendi, extra Urbem transmittendi et publicae fidelium venerationi exponendi. Monemus autem fideles in quorum manus hae sacrae reliquiae nunc vel in posterum venturae sunt, nullo modo licere eas vendere, neque cum iis rebus quae mercimonii speciem praeseferant, commutare.

In quorum fidem has litteras testimoniales a Nobis seu ab Exc.mo Vicesgerente subscriptas nostroque sigillo firmatas per infrascriptum Sacrarum Reliquiarum Custodem expediri mandavimus.

Romae, ex Aedibus nostris die *XXI* mensis *Aprilis* Anni MCMLVI.

+ Hector Cunial. Archiep. Viceg.

Sac. Aemilius Riccardi

REG. N. *560*

Tip. Pio X - Via Etruschi, 7 - Roma

LAURENTIUS

Divina Miseratione et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia

ARCHIEPISCOPUS PADERBORNENSIS

S. Theologiae Doctor

Hisce notum sit omnibus, Nos anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto die 30. mensis iunii ecclesiam parochialem

in H e e p e n

una cum altari maiore, reliquiis Sanctorum Martyrum

Sti. Casti et aliorum

in ipsius sepulchro rite inclusis, in honorem

Stae. H e d w i g i s

secundum formam in Pontificali Romano praescriptam sollemniter dedicasse et singulis Christi fidelibus praedictam ecclesiam pie et devote visitantibus pro ipso die consecrationis unum annum et pro die anniversario consecrationis, qui sit 12. m. nov. ducentos dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta concessisse.

Datum Paderbornae, die 30. mensis iunii 19 56

Laurentius

Bonifacius-Druckerei Paderborn